Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36539
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



dolor hec. Videte autem uosmetipsos.
Tradent enim uos inconcilis & in sy
nagogis uapulabitis. & ante reges
& presides stabitis propter me in testi
monium illis. Et in omnes gentes pri
mum oportet predicari euangelium. Et
cum duxerint uos tradentes. nolite
precogitare quid loquamini. sed quod
datum uobis fuerit illa hora id
loquamini. Non enim estis uos
loquentes. sed spiritus sanctus. Tradet autem
frater fratrem in mortem & pater
filium. & consurgent filii in pa
rentes & morte afficient eos. Et eri
tis odio omnibus propter nomen meum.
Qui autem sustinuerit in finem hic
Allo. t. S. Matheum saluus erit.
Sedente ihu sup montem oliuet.
accesserunt ad eum discipuli secre
to dicentes. Dic nobis Quando hec
erunt. Et quod signum aduentus
tui et consummationis seculi. Et
respondens ihs dixit eis. Videte
ne quis uos seducat. Multi enim
venient in nomine meo dicentes.
ego sum xpe. et multos seducent.
Audituri enim estis prelia & opini
ones prelior. uidete ne turbemi
ni. Oportet enim hec fieri. sed nondum
est finis. Consurget enim
gens in gentem & regnum in reg
num. et erunt pestilentie et fames
& terre motus loca. Hec autem
omnia initia sunt dolor. Tunc 166
tradent uos in tribulationem. & oc
cident uos. & eritis odio omnibus
gentibus propter nomen meum. Et
tunc scandalizabunt multi & in
uicem tradent. & odio habebunt
inuicem. Et multi pseudo prophete
surgent. & seducent multos. Et
quo sup habundauit iniquitas.
refrigescet caritas multorum. Qui
autem perseuerauerit usque in fi
nem hic saluus erit. S. Lucam
Allo. t. Dixit ihs d. s. Atten
dite a fermento phariseorum. quod
est hypocrisis. Nichil enim opertum
est quod non reuelet. neque abscon
ditum quod non sciat. quin que
in tenebris dixistis in lumine di
cetur. & quod in aurem locuti estis
in cubiculis predicabitur in tectis.
Dico autem uobis amicis meis.
ne timeatis ab his qui occi
dunt corpus. & posthec non ha
bent amplius quid faciant. Os
tendam autem uobis quem ti
meatis. Timete eum. qui post
quam occiderit habet potesta
tem mittere in gehennam. Ita
dico uobis. hunc timete. Nonne
quinque passeres uenient dipon
dio. & unus non est in obliuio
ne coram deo. Sed et capilli ca
pitis uri. omnes numerati sunt.